



Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvvm Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

63 Prudenter considerare diuersa hominum ingenia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](#)

Quod prudentis opus? non velle, & posse nocere.
Quod stulti proprium: non posse, & velle nocere.

Huc pertinent & hæc proprietates. 1. Prudenter potentioribus ad tempus cedere, ut & multitudinis ne à tugurijs pauperum flamma seditionis marces prorumpat ciuitatis, eandemque, quasi fulmine accensam, penitus consumat. Turba enim offendita, in turbinem ac procellam incitatur, seu turba mota fit turbo. Cùm Philippus Rex à multis hostibus opprimeretur, cum potentioribus paci init, cum inferioribus bellum gessit. 2. Prudenter in electione ministrorum aduertere, ut negotiis susceptis sint pares: Superiores enim negotiis negligunt, inferiores oneri succumbunt. 3. Prudenter occasionses res oportunas gerendi opportune amplecti. Philippus ex discordia, quæ erat inter Græcos sumpsit occasionem eos aggrediendi.

SIGNVM LXIII.

PRUDENTER CONSIDERARE DI
uersa hominum ingenia, ut rectius regantur; &
maxime vulgi naturam attendere.

SVmma sapientia est scire, quo genere ciborum singulæ volvres delectentur. Gagum. Est autem vulgus incertus & instabilis, affectus ponens, & sumens: (Cic. pro Murena, & Tacit. lib. 1. Hist.) iudicio carens: (ibid.) non delectus ad agendum vocatus, sed impetu & temeritate: (Cic. pro Plancio.) carens consilio, discriminine, diligentia: (ibid.) ex opinione multa, ex veritate pauca iudicans: (Cic. pro Roscio) hatus plurium opinionem sequitur: (Suet. ad Casar. & Seneca lib. 1. de Vita beata, alibi) ex inuidens felicitati, vacuus curis: (Tacit. lib. 1.

Hist.) prouo studio, deteriori & infirmiori fauēs: (Liu.lib.42.) ad suspiciones pronus: (Tacitus ibid. & 1. Annal.) facilis ad credendum, audita pro cō-
perris habens: (Idē 2. Hist. & 1. Annal.) res augens, & pro certis narrans: (Idem 1. Hist.) nouitati cu-
pidus: (Ibid. & Sallust.in Lugurth.) ingenio mobi-
lis, seditionū ac discordiarum cupidus, & nouarū
terum, quieti & otio aduersus; & si sine Rectore
et. pr̄ceps & pauidus: (Cic.pro Cluētio, & Tac.
lib.9.Hist.) ita vt, Principibus amotis, nil audeat:
(Idem 1. Annal.) fauens feruidis, & abruptis, ne-
glector Reip. (1. Hist.) verbis ferox: (2. Hist.) sed
ultra verba audet: (12. Hist.) vel meru, vel spe-
cimius. (Liu.lib. 23.) His cognitis prudens Magi-
stratus eius infirmitatibus cōgruas applicat me-
dicinas. Vide Conf. Hosij cap. 40.

Milesias virgines eo correptas olim animi fu-
ore legimus, vt se passim suspēderent; neq; huic
malo remediū inueniebatur vllum. Edicebatur à
senatu Milesiorum horribilibus pœnis, ne fieret.
Contemnebantur pœnæ. Quæ enim morte atro-
dior, quā ipse vltro appetebant? Custodiebantur,
inter custodū manus exitum inueniebat spiritus.
Edictū est tandem, vt quæ se occidisset, nuda per
medium forū media luce traheretur. Seu, Milesij,
in cuiusdā matronæ, decreuerunt, vt quæ vir-
gines corporibus suspensis mortuæ deprehende-
rentur, hæ post hanc legē cum eodē laqueo, quo
perquinctæ & alligatæ essent, nudæ tota via publi-
ca ad sepulturā efferrarentur. Hac pœna deterritæ *Virgines*
iunt, ne nudæ cernerentur, licet exanimes: seu hac abhorrent à
tatione furor ille cōpressus atq; sedatus est. Pu-
denudatio-
ne enim tā in honesti funeris deterritæ sunt. O ne corporie-
pedorē prædicandū! *Vines de Christiana fœmina*

2. Persi-

1. Pericles populum Athenensem Comeditum ac ludorum illecebris, cum etiam frumenti ac pecuniarum in tenues diuisione permulceret solebat, & cum feram illam popularem oculis, auribus, modisque omnibus cepisset, Edicta salutaria, quæ per famem aut furorem exaudire non licuisset, promulgabat. *Quintil.lib.4.cap.2.¶ lib.12. cap.1.*

2. Certè ut scientissimi gubernatoris est, omnes ventorum mutationi accommodare; sic prouidi Magistratus est, aptare se temporis, omnium hominum genio. Hinc *Thom. Morus lib.1. Vtopia*, eos maximè laudat, qui mentem suam agunt, cùm usus postulat, circumagere solent. Nequenam cauti & sagacis viri est, cùm periculo vel remisque portum petere, quem commoda velificatione assequi potest. Nec prouidi est naucleri, commoto procellis & tempestatisibus mari, naufragium potius excipere, & subire, quam obliquis cursibus periculum deprecari. Si receperit suu vitijs mederi non queas ex animitus sententia, inquit Morus, non ideo tamen deferenda Resp. est; & in tempestate nauis destituenda, quoniam veritos inhibere non possit.

3. Magistratus est nosse Remp. & cognituum habere mores. Hoc cùm negligitur, aut ignoratur, fit, vt tum in consiliis dandis, tum negotiis alijs publicis *ἀτοχίας*, & *διαπόνησις*, aberrationes à scopo, & lapsus turpes ac pernitosi plurimi oriuntur.

Cit. de Orat. Arist. in Rhet.

(**)

516